CICERO
Florenz, um 1470 Seite 21r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



egregiam: uasa pretiosa · sed amicos non
parare optimam et pulcherrimam uite
ut ita dicam suppellectilem: ettenim cete
ra cum parant · cui parent nesciunt · nec
cuius causa laborent: Eius enim est istorum
qq est q uincit eos uiribus · Amicitiarum ue
ro sua cuiq: permanet stabilis & certa
possessio · ut etiam si illa maneant que
sunt quasi dona fortune tamen uita
inculta et deserta ab amicis possit esse
iocunda Sed hec hattenus sufficiant ·

Constituendi autem sunt q
sint in amicitia fines & quasi
termini deligendi · de quibus tres uideo
sententias ferri · quarum nullam probo
Vnam uideo ut eodem modo erga ami
cum affecti simus quo erga nos met ipos
Alteram ut nostra in amicos beniuolen
tia illorum erga nos beniuolentie pa
riter equaliterq: respondeat: Tertiam
ut quanti se ipse facit tanti fiat ab
ipm